

tas illa spectetur nihil erit. His autem omnibus detegendis solâ meditatione naturali lumine admoto opus est.

Nulla vel ferè nulla in Religione veritas occurrit, quæ sectam aliquam Philosophorum in sui patrocinium non vindicaverit, juxta ac Lactantius animadvertit (*): Nam particulatim veritas ab his tota comprehensa est. Sed quemadmodum idem Scriptor adjecit, totam veritatem, & omne Religionis arcanum Philosophi attigerunt; sed aliis resellentibus, defendere id, quod invenerant, nequiverunt; quia singulis ratio non quadravit. Profectò si omnes & Scriptoris decerpta tradidissent, cur inter se discreparent, nihil esset. Religionis systema unico jungitur contextu in Sacra Scriptura, parum sibi constat apud Philosophos.

Supereft modò in examen revocemus, num ante Ptolemèi Philadelphi Regnum vetus quædam obtinerent Græca, sive omnium sive partis tantùm Scripturarum Versio, ab ea prorsùs diversa, quæ hodie nomine Septuaginta vulgata est. Eam sententiam tenuisse fictum illum Aristæam in superioribus animadvertimus; loquentem enim inducit Demetrium Phaleræum, quasi scilicet audivisset, Theopompum quemdam decerpere quædam voluisse è Versione jam inde adornatâ, quamvis minus exactâ neque omnibus numeris absolutâ, statimque è statu mentis emotum pœnas luisse. Rem quidem neque assertò narrat Aristæas, neque documentis probat; sed aliorum relatione audita scribit. Plus aliquid addit Aristobulus [y], disertissimis verbis asserens, ante Demetrium Phaleræum, quin & ante Imperium Perfarum, & Regnum Alexandri Magni, adornatam fuisse Græcam sacrorum Librorum Versionem; qua Græcis literis traderetur historia exeuntis ex Ægypto populi, cum & omnium, quæ à Deo pro Hebræis edita sunt, prodigiorum, Legis Mosaicæ, & traditæ in potestatem populi Chanaanitidis; quibus verbis non obscure significantur Libri omnes Moyfis, & Josue, ac Judices.

x Lactant. de Divino premio l. 7. cap. 7.

y Aristobulus apud Clement. Alex. Strom. lib. 1.


Verùm minor est etiam hujus Scriptoris quàm Aristææ fides. Si quæ fuerat Græca potissimum Scripturæ Librorum versio, Platoni, cæterisque Philosophis non incognita; cur tantis verbis Demetrius necessitatem & arduam novæ Versionis exaggerat? Ut quid procurandæ novæ eorundem Librorum Versio Regis Ægypti thesauri impenderetur? Si enim ad unam summam redigantur quæ per eam occasionem profusa ab Aristæa narrantur, profectò non minor constabit quàm ultra 1200. talentorum, nempe 3225600. librarum, pro singulis talentis Ægyptus 2688. libris computatis; intolerabilis è ætate etiam pro Rege Ægypti profusio. Adde Versionem Græcam Sacrorum Librorum ante Cyri & Perfarum Regnum nulli bono futuram; neque enim sive Judæorum ultra Euphratem sive in Ægypto versantium usui fuisset, neutri enim Græcam linguam callebant; Græcum enim eloquium in illis regionibus non nisi post Alexandrum, & Imperii Perfarum eversionem obtinuit. At enim valebat pro Græcis sub Cyro in Asia Minori degentibus? Esto, sed quibusnam argumentis laboratum esse pro illis demonstraretur? Quin & Græci illi si quando in suam linguam translatos Sacros Libros habuissent, nunquam sanè quærendos illos in Ægypto suscepissent; neque eâ ignoratione rerum Judaicarum tenerentur, ut ne nominis quidem illorum in suis Operibus meminissent. Fabulam planè sapiunt ea, quæ de ultione Divina in Theopompum, & Theodectum, quædam de sacris Libris exscribere in suis Operibus tentantes, ab Aristæa referuntur. Est igitur dubitandi locus, num Philosophi Ptolemæi Philadelphi vetustiores de Lege Dei divinisque Scripturis aliquid noverint; vel si quid audierant, id sanè leve admodum & confusum potius ex relatione & consuetudine cum Hebræis, quàm ex lectione eorum Librorum deducendum creditur. Hæc, quantum sapiamus, probabilissima de questione hæc ambigua dicenda suppetebant.

a Eccl. 2. 4. 5.

6. Eccl. 12. 9.

c In Eccl. 12. 11. 12.

d Eccl. 7. 6. Sir (per Sam. mech) Olla 12. 5. asijonab 8. 1. peschar 10. 8. lemas.



IN ECCLESIASTEM PROLEGOMENON.

Hebraicè inscribitur Liber: *Cohelèth*, quod fœmininum nomen est, ad literam sonans, quæ publicum alloquitur, seu cœtum, convocat. Sed genere nominis neglecto, Septuaginta, & post illos Latini verterunt *Ecclesiastes*, quo Græco nomine Orator, seu pro concione loquens vir indicatur. Illud sibi nomen, in toto operis decursu usurpat Salomon, iisque se characteribus exprimit, qui soli quadrant, uti illud tituli: *Verba Ecclesiastæ (Cohelèth) filii David Regis Israel*. Opera sua, divitias, ædificia (a), Scripta pariter, & maxime parabolas (b) non silet. Sententiosus ejus stilus ubique regnat, seque præcedentium omnium, qui in Jerusalem floruerunt sapientissimum, ditissimumque perhibet; quibus omnibus dubitatio de illo universa subducitur.

Non desuerunt tamen è Criticis, qui falsò inscriptum Salomoni Opus suspicarentur, ejusque Regis personam induisse Scriptorum, doctum alioqui, qui exercendi ingenii gratiâ Opus illud suscepit, Salomonis omnia, stilum nempe, & res ipsas exprimens; quemadmodum Græcus Author Libri Sapientiæ eodem consilio stilum & conceptus Salomonis in suo Opere affectat. Diù post Salomonem scriptum Opus Grotius Præfat. in Eccles. suspicatur; & alibi (c) ab aliquo Viro docto jussu Zorobabelis digestum credit, ut æternum pœnitentiæ Salomonis monumentum flaret: in capite verò 12. 12. ad filium ejus Abiud sermonem converti suspicatur illis verbis: *His amplius, fili mi, ne requiras*. Movetur autem, quòd in eo Scripto plurima deprehendat aliena à puritate eloquii Judaici, quæ nonnisi in Esdra & Daniele recurrit. Sed Calovius, qui omnia sedulo examinavit, collectis pariter vocibus Chaldæis, quas sparsim Grotius in suo Commentario annotavit, nonnisi quatuor offendit; (d) è quibus duo pariter ex Hebræo dubio procul deducuntur. Duæ reliquæ Chaldææ quidem vel Arabicæ sunt voces, facillè apud Hebræos ætate Salomonis obtinentes; cum enim quantum latè pateret Hebræica lingua nostro sæculo ignoreretur, contingere facillè potuit, ut plura contineret, quæ hodie nonnisi in linguis Chaldæa & Arabica perseverant. Quid insuper prohibet, Salomonem aliquas finitimarum gentium voces usurpasse?

Author opinionum quorundam Hollandorum Theologorum testatur, non deesse qui credant, Dialogum toto eo Libro scribi inter pium aliquem virum, & im-

pium dogmata Sadducæorum defendentem. Occurrunt quidem in illo, ait, plura inter se repugnantia, quæ ab uno eodemque vix scriberentur. Sed quod æqui bonique ferant Scriptores illi, affirmandum suscipimus, ne vestigium quidem Dialogi in eodem Opere deprehendi. Plura quidem sanè repugnantia scripta ab Authore fatemur; sed Oratoris ille personam gerit & Principis, qui pro concione populum suum instituens, impiorum cavillos proponendos sibi & refutandos suscipit; vel si mavis suos ille prioris ætatis sensus prodit, quàm absurda & ridenda olim saperet simul demonstrans. Uno verbo viri sapientis personam gerit in utramque partem disputantis, qui post expositas varias alicujus rei sententias, omnia ponderat, omnia discutit, & æquâ judicii lance utriusque partis momenta librans, tandem in saniorum inclinât. Occurrunt in eo quidem Sadducæorum & impiorum opiniones, quibus tamen Author nunquam adhæret; alteram vitam agnoscit (e); simul & pœnia pœnasque post obitum [f]. Laudibus profequitur sapientiam, virtutem, justitiam; Orationem suam claudens, in eo totam hominis rationem sitam esse prodit, si Deum timeat, ejusque præceptis obsequatur (g).

Verùm ne ultra immoremur cavillis refutandis & conjecturis, quas turbide quædam mentes, inquietæ, superbæ, sua tantùm studentes, promovent, de quibus Apostolus (h) prodit, in speciem tantùm doctrinam & pietatem colere; blasphemis verò profcindere, quæ minus assequuntur; & divinas Scripturas ac Libros quosque prophanos perinde habent; in proferendis illi conjecturis suis de Authoribus Sacris, in rejiciendâ Ecclesiæ & probatissime vetustatis autoritate procaciores sunt, quàm si de proferendo in Authorem aliquem classicum judicio ageretur. Deferendum enim illi aliquid tunc saltem censerent judicio Criticorum & diuturnæ ac nunquam turbata Scriptoris, cui Opus aliquod longâ ætate vindicatum est, possessioni. Cum verò de Libro aliquo Divino res est, nullam sibi regulam præter malum illum genium Criticum & censores agendi, tum & supra cæteros parendi, constituunt. En Ecclesiæ Jesu Christi reformatores, suæ pariter communionis viris odiosi, imbecillioribus perniciosi, nec cæteris omnibus minus noxii, qui minus cautè nullum dolum suspicati ad eorum scripta legenda se conferunt! Veh illis, qui cæco contra Mosaicum præceptum offendiculum ponunt (i). Salva enim sunt omnia vi-

e Eccl. 11. 8.

9. Eccl. 12. 14.

g Eccl. 12. 13.

h 2. Timoth. 3. 1. &c.

i Levit. 19. 14.

ris doctis, iudicium per se de rebus ferre valentibus, quibus rationes ab adversariis prolatae, utpote leviores planè & nullius ponderis, nihil timentur.

De tempore scripti Operis incerta omnia. Fletum esse Salomonis respicientis, qui sub vite exitum, cum tandem rerum huius mundi vanitatem nosset, seque in viam restitueret, scribendum Opus illud suscepit, Hebraei, S. Hieronymus & Commentatores plerique (k) autumarunt. Censuit Rex ille sapientissimus sibi committendum esse, ut perpetuum respicientiae suae monumentum flaret, quo simul posterum moneretur, ne vanitate rerum se atque voluptatum assentatione, ambitione, & amore divitiarum seducendos praeberent; sed omnium maximè praecavendos censuit ab amore mulierum (l), quem sibi funestissimum expertus fuerat. Huius sententiae documenta in ipso eodem Libro spectantur; ita enim loquitur Salomon, quasi vir per omnia expertus, qui ad voluptatem nihil sibi reliqui fecerit, nihilque intentatum reliquerit, quod sibi maximè homines optant, aedificia, locupletem gazam, convivia, voluptates, scientiam, oblectamenta, uno verbo quicquid hominis vota explet; sed in his omnibus nihil se praeter vanitatem offendisse profiteatur. Ipsum etiam scripti Operis tempus quodammodo definire visus est, prodens ad illud se contulisse, cum jam composuisset parabolas multas (m).

h. Jaron. in Eccles. 1. 12. Pinoda, à Lapidè, Geier. Mercer. alii plerique.

l. Eccles. 7. 27.

m. Eccles. 12. 9.

n. Vide Bel. larm. Bonfrer. Delrio in Cant. sic. I. sagos.

o. Hebraei in Midras. p. Hieron. in Eccles. 12. 12. 13. 14.

Contraria tamen opinio, scriptum à Salomone Opus ante admissa liberioris vite crimina, neque rationum momentis neque autoritate destituitur (n). Si enim, inquit illius sententiae patroni, Salomon Opus illud post criminose vite licentiam suscepisset, quo eternum respicientiae suae monumentum flaret; cur tanta de aeterna ipsius salute caligo & ambiguitas? Patres, & Commentatores argumentum illud in utramque partem trahant. Haec sanè illorum ratiocinatio planè intentum evincit, demonstrans saltem nunquam in Ecclesia, eam opinionem obtinuisse, quae Scriptum à Salomone post ejus respicientiam Opus constituit. Exploratum ne pariter habemus, Dei Spiritum nunquam deseruisse hominem, quo tempore ille à recta via aberravit? Fateamur tamen oportet, priorem illam sententiam & majori rationum & auctoritatum pondere fulciri, ac tandem mitiora defendere; adeoque & nos in suas partes nonnihil inclinare: destituitur tamen ea asseveratione, quae dubitationem omnem subducit. De salute Salomonis ejusque respicientia quaestio determinanda, non hominum iudicio, sed Divino relinquitur.

Judaeorum Scriptores docent (o), & S. Hieronymus post illos confirmat (p), Doctores Judaeorum, qui Sacrorum Librorum Canonem describere jussi sunt, de Libro Ecclesiaste aliquandiu suspensos habuisse. Deliberatum est inter illos, num supprimiti Opus praestaret, quod repugnanti, quaedam, & noxia aliqua contineret, quibus imbecillioribus offendiculum parare-

tur, & nonnihil error de mortalitate animarum juvaretur. Verum post longam rei discussionem tandem suscipiendum Opus censuerunt, quod scilicet in eam sententiam clauderetur, oportere nimirum Deo timorem & Legibus ipsius obsequium exhibere. Quodcumque tandem iudicium de hac traditione feratur, illud constat, apud Judaeos aequè & apud Christianos divinam esse Operis huius auctoritatem.

Non semper tamen idem fuit erga Divinum illud Opus obsequium. Quid Grocius & Amanuensis Theologorum Hollandiae senserint in superioribus observavimus. Theodorus Mopsuestenus (q) persuasum habebat, Salomonem pro eo, quo praestabat naturalis sive studio comparatae sapientiae acumine, nullà intercedente S. Spiritus revelatione, Opus illud scripsisse. Haereticorum nonnulli, de quibus Philastrius [r], tanquam Epicureis favens reiciebant. Lutherus (s) pro innata illà oblectandi libertate, sive potius audacià, Authorem huius Operis neque ocreis neque calcearibus indutum esse dicit; Opus esse Thalmud per quam simillimum, nempe ex pluribus aliis factum; collecta in eo quae Salomon inter coenandum effutierat, sive quae in suis scriptis sparserat. Hac celebratissimi huius Reformatoris sententia, quem virum Deus suscitasse dicitur, ut in pristinam sanctitatem Ecclesiam Christianam restitueret. Venia nobis profecta dabitur, si talia effutientibus neglectis, traditionem omnem Ecclesiarum praefereamus, cui ipsi pariter Protestantes deferendum arbitrati, Opus illud inter Canonica recipiunt.

Porrò Liber iste veluti perpetua quaedam oratio censenda est, in qua Salomon demonstrandum suscipit, omnia huius mundi vanitatis habere plurimum & molestia; unum tantum ex omnibus superesse, in quo sibi homines fidant, timorem Dei nempe, & debitum ejus Legibus obsequium, & iudicium ipsius reverentiam. Primam illam Operis partem fufius demonstrandam assumens, longo ordine recenset vana omnia & ficta, quae homines in errorem inducant. Per omnes vite conditiones recurrit, abusus omnes relevat, stulta plurima hominum detegit, & de vanitate creaturarum, divitiarum, ac voluptatum disputat; illa exemplo suo & experientia proposita omnia demonstrat. Eo res adigit, quod vix effraenis quispiam deduceret; plausibilia eorum argumenta, qui frantum in voluptatem laxant, providentiam, & animae immortalitatem negant in medium ita affert, ut totam eorum vim explicet, ex quibus audacissimas conclusiones deducit; expositas tamen deinde refellit, & ad sua revocans principia, vana esse omnia demonstrat, voluptatem, gaudium, oblectamenta, uno verbo quicquid homines detinet, fuci habere plurimum, rei nihil, ostendit. Tandem postquam Lectores diu multumque per amena ista deduxit, & auditorem suum vulgaribus & ad omnium captum accommodatis rationibus exercuit, tandem fate-

q. Vide Synod. V. C. P. Act. 4.

r. Philastr. Haeres. 132. s. Luther. Colloq. convival.

s. Luther. Colloq. convival.

t. Luther. Colloq. convival.

u. Mercer. Gejer. Prof. in Eccles. &c.

v. Mercer. Gejer. Prof. in Eccles. &c.

w. Mercer. Gejer. Prof. in Eccles. &c.

x. Mercer. Gejer. Prof. in Eccles. &c.

y. Mercer. Gejer. Prof. in Eccles. &c.

z. Mercer. Gejer. Prof. in Eccles. &c.

aa. Mercer. Gejer. Prof. in Eccles. &c.

bb. Mercer. Gejer. Prof. in Eccles. &c.

cc. Mercer. Gejer. Prof. in Eccles. &c.

dd. Mercer. Gejer. Prof. in Eccles. &c.

ee. Mercer. Gejer. Prof. in Eccles. &c.

ff. Mercer. Gejer. Prof. in Eccles. &c.

gg. Mercer. Gejer. Prof. in Eccles. &c.

hh. Mercer. Gejer. Prof. in Eccles. &c.

ii. Mercer. Gejer. Prof. in Eccles. &c.

jj. Mercer. Gejer. Prof. in Eccles. &c.

kk. Mercer. Gejer. Prof. in Eccles. &c.

ll. Mercer. Gejer. Prof. in Eccles. &c.

mm. Mercer. Gejer. Prof. in Eccles. &c.

nn. Mercer. Gejer. Prof. in Eccles. &c.

oo. Mercer. Gejer. Prof. in Eccles. &c.

pp. Mercer. Gejer. Prof. in Eccles. &c.

qq. Mercer. Gejer. Prof. in Eccles. &c.

rr. Mercer. Gejer. Prof. in Eccles. &c.

ri cogit, nihil esse in hoc mundo quod æstimemus, sive amorem nostrum & studium detinere mereatur; nihil solidum, transeunt enim omnia, & evanescent, ne excepta quidem hominis sapientia, & solidis quibusque rerum notionibus. Unum tandem esse probat solidum perpetuumque, cui maxime innotuit, virtutem, timorem Dei, pietatem atque fidele Divinis Legibus obsequium.

e. Gregor. Magn. lib. 4. Dialog. cap. 4.

f. Gregor. Magn. lib. 4. Dialog. cap. 4.

g. Gregor. Magn. lib. 4. Dialog. cap. 4.

h. Gregor. Magn. lib. 4. Dialog. cap. 4.

i. Gregor. Magn. lib. 4. Dialog. cap. 4.

j. Gregor. Magn. lib. 4. Dialog. cap. 4.

k. Gregor. Magn. lib. 4. Dialog. cap. 4.

l. Gregor. Magn. lib. 4. Dialog. cap. 4.

m. Gregor. Magn. lib. 4. Dialog. cap. 4.

n. Gregor. Magn. lib. 4. Dialog. cap. 4.

o. Gregor. Magn. lib. 4. Dialog. cap. 4.

p. Gregor. Magn. lib. 4. Dialog. cap. 4.

q. Gregor. Magn. lib. 4. Dialog. cap. 4.

r. Gregor. Magn. lib. 4. Dialog. cap. 4.

s. Gregor. Magn. lib. 4. Dialog. cap. 4.

t. Gregor. Magn. lib. 4. Dialog. cap. 4.

u. Gregor. Magn. lib. 4. Dialog. cap. 4.

v. Gregor. Magn. lib. 4. Dialog. cap. 4.

w. Gregor. Magn. lib. 4. Dialog. cap. 4.

x. Gregor. Magn. lib. 4. Dialog. cap. 4.

y. Gregor. Magn. lib. 4. Dialog. cap. 4.

z. Gregor. Magn. lib. 4. Dialog. cap. 4.

aa. Gregor. Magn. lib. 4. Dialog. cap. 4.

bb. Gregor. Magn. lib. 4. Dialog. cap. 4.

cc. Gregor. Magn. lib. 4. Dialog. cap. 4.

dd. Gregor. Magn. lib. 4. Dialog. cap. 4.

ee. Gregor. Magn. lib. 4. Dialog. cap. 4.

ff. Gregor. Magn. lib. 4. Dialog. cap. 4.

gg. Gregor. Magn. lib. 4. Dialog. cap. 4.

hh. Gregor. Magn. lib. 4. Dialog. cap. 4.

ii. Gregor. Magn. lib. 4. Dialog. cap. 4.

jj. Gregor. Magn. lib. 4. Dialog. cap. 4.

bas; laborandum quippe est Lectoris, ut argumenta ad sua revocent principia, quod Salomonis mentem assequantur, seduloque distinguant, quae ipse per se, quaeque personam agens impiorum loquatur; quae vis ejus argumentis tribuenda, sive intra quos limites determinanda; quid concesserit, quid negarit Author, & quousque pariter & negandum fuerit, & concedendum. Nec minus negotii facit, quid maxime de rerum huius mundi vanitate, atque usu oblectamentorum statuendum sit; duo enim sunt latentes utrimque scopuli aequè perniciosi: omnia vanitas est; & Ego dixi vadam, & assuam delicias, & fruor bonis. Impegerunt in illud Manichei, duo statuente in mundo principia, quorum alterum malum censebant. Abutebantur secundo Epicurei, finem hominis voluptatem desinentes.

Quod à Salomone asseritur, nihil esse scilicet in mundo novi, semper enim fuisse quicquid modò est, aliud est errorum seminarium, si ad literam teneatur; redè enim ad mundi aeternitatem conducit, quod est veterum plurimum Philosophorum asseritum. Hi scopuli in lectione ejus Libri evitandi, quibus labendi occasio impiorum compluribus facta est, contra Sacri Scriptoris mentem, graphicè rerum vanitatem ideo depingendam assumens, non utique ob aliud, nisi ut eam vitam desideremus, qua vanitatem non habet sub hoc sole, sed veritatem sub illo, qui fecit hunc solem, ait S. Aug. de Civ. 120. c. 3.

u. Mercer. Gejer. Prof. in Eccles. &c.

v. Mercer. Gejer. Prof. in Eccles. &c.

w. Mercer. Gejer. Prof. in Eccles. &c.

x. Mercer. Gejer. Prof. in Eccles. &c.

y. Mercer. Gejer. Prof. in Eccles. &c.

z. Mercer. Gejer. Prof. in Eccles. &c.

aa. Mercer. Gejer. Prof. in Eccles. &c.

bb. Mercer. Gejer. Prof. in Eccles. &c.

cc. Mercer. Gejer. Prof. in Eccles. &c.

dd. Mercer. Gejer. Prof. in Eccles. &c.

ee. Mercer. Gejer. Prof. in Eccles. &c.

ff. Mercer. Gejer. Prof. in Eccles. &c.

gg. Mercer. Gejer. Prof. in Eccles. &c.

hh. Mercer. Gejer. Prof. in Eccles. &c.

ii. Mercer. Gejer. Prof. in Eccles. &c.

jj. Mercer. Gejer. Prof. in Eccles. &c.

kk. Mercer. Gejer. Prof. in Eccles. &c.

ll. Mercer. Gejer. Prof. in Eccles. &c.

mm. Mercer. Gejer. Prof. in Eccles. &c.

nn. Mercer. Gejer. Prof. in Eccles. &c.

oo. Mercer. Gejer. Prof. in Eccles. &c.

pp. Mercer. Gejer. Prof. in Eccles. &c.

qq. Mercer. Gejer. Prof. in Eccles. &c.

IN CANTICUM CANTICORUM PROLEGOMENON.

Liber, quem modò discutendum assumimus, inscriptus est, Canticum Canticorum, nempe eximium & omnium excellentissimum Canticum. Solent enim Hebraei exaggerationis gratia in eum modum effari: Deus Deorum, Rex Regum, Mons Montium, Caelum Caelorum. Plurali nomine laudat in suo Officio Ecclesia, Cantica Canticorum, quam phrasim improbat Origenes (a), tanquam originali Textui contrariam; legit enim singulari numero (b); Canticum Canticorum Salomonis. Sed facile eo plurali nomine insinuatum est, plura eo Opere collecta simul Cantica & carmina contineri; reapse enim plura apparent, cum sedulo in examen revocatur. Unum est inter plurima à Salomone scripta Cantica, quod nostrà aetate superit. Scripsit enim Salomon usque ad 5000. [c]. Cantica, quae omnia pariter interciderunt, praeter unicum illud, de quo impraesentiarum, & alia fortè nonnulla in collectione Psalmorum legenda (d).

Patres, & vulgò Interpretes Judaei pariter & Christiani Opus Salomonis vindicant. Rabbinorum nonnulli, quorum tamen opinio singularis est, Isaie arbitratur. Porrò ipse Salomon, tum in fronte Operis cum in Textu, nomine sese exprimit (e): Venite & videte, ait ille ad filias Jerusalem, Regem Salomonem in aedemate, quo coronavit eum mater sua. Eiusdem Sponsi nomen pariter & Regiam dignitatem non silet pluribus in locis Sponsa. Introduxit me Rex in cellaria sua (f); & Dum esset Rex in accubitu suo, nardus mea dedit odorem suum (g). &c. Vineae fuit pacifico (Salomoni nempe) (h). Meminit etiam 60. custodem Salomonis [i]; ejus thalami, currus, 60. uxorum primi ordinis, & 80. secundi (k).

De tempore & occasione scripti Operis dissident Scriptores; alii enim adornatum in ipso incundi Regni exordio credunt, quo tempore totus sapientiae amore tenebatur, & in vivis adhuc agebat mater ipsius Bethsabee, quam feminam designari dicunt cap. 3. 11. Venite & videte Regem Salomonem in

c4. Can. 3. 2.

f Cant. 1. 3.

g Cant. 1. 2.

h Cant. 7. 11.

i Cant. 3. 7.

k Cant. 6. 7.